

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Fraternitas d
cum fonte primo

Nichil autem prodest si moribus ac
proposito dissidentes una habitatione
iungantur, nec obest parili uirtute
fundatis per locorum interualla disiungi.
Apud Dominum namque morum
cohabitatio non locorum unitas fratres
habitatione coniungit, nec potest
unquam pacis integritas custodiri ubi
uoluntatum diuersitas inuenitur.

Ibidem (in collacionibus patrum et est
abbatis Ioseph).

nihil enim prodest si moribus ac
proposito dissidentes una habitatione
iungantur, nec obest parili uirtute
fundatis per locorum interualla disiungi.
apud deum namque morum
cohabitatio, non locorum, unitas fratres
habitatione coniungit, nec potest
unquam pacis integritas custodiri, ubi
uoluntatum diuersitas inuenitur.

Iohannes Cassianus, *Conlationes XXIII.*,
16, 3, 5 (CSEL 13, M. Petschenig ed.,
pp.441-2, ll.26-27, 1-4).